Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



collectum gregem custodias in unum sicut et in omnibus pascis unum
et in te unum ut in te unum simus sicut in pre tuis unus Mis-
ce nobis tu qui hic es rex in celis Secundum marcum 3
In illo tpe. Ascendens ihs in montem vocavit
ad se quos voluit et venerunt ad eum. Et fecit
ut duodecim essent cum eo: et ut mitteret eos pdi-
care. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates: et ef-
fendi demonia. Et imposuit simoni nomen petrum
et iacobum zebedei: et iohannem fratrem iacobi et im-
posuit eis nomina boanerges: quod est filii tonitrui
et andream et philippum et thomam et bartholo-
meum. et matheum et iacobum alphei. et tatheum
et simonem chananeum. et iudam iscariothi. qui tradi-
dit illum. Hos duodecim cepit ihs ad pdicandum
mittere. et dabat illis potestatem spiritum immundorum
et precepit illis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum
non panem non peram neq: in zona es. sed calceatos
sandalis et ne induerentur duabus tunicis. Et dixerat
eis. Quotiensq: introieritis in domum illic manete
donec exeatis inde. Et quicunq: non receperint vos
nec audierint vos: exeuntes inde excutite pulverem
de pedibus vris in testimonium illis. Et exeuntes p-
dicabant. ut penitentiam agerent. Et demonia mul-
ta eiiciebant. Et ungebant oleo multos egros et
et sanabantur Credo Off In omnem terram exivit sonus Sec
Mitte quesumus domine spiritum tuum sanctum. qui
sanctos apostolos ligatos ad pdicandum fecit discipulos
ut et hec munera sanctificet munera et ad hec precepta
cordium suorum purget et hic actus p ppiciacio apli-
ca. Com Hos qui secuti estis. Compl Pcta. q. d. vt